

# LITURGIA HORARUM

Tomo I

eBook  
*textus latinus originalis*



In copertina - cover:

*Basilica Sancti Sepulchri, Culmen - Jerusalem* (© Stefania Venturino)

*“Libreria Editrice Vaticana omnia vindicat iura.  
Sine ejusdem licentia scripto data nemini leceat  
hunc Compendium denuo imprimere  
aut in aliam linguam vertere”.*

© Copyright 2010 per i testi - *text*

Libreria Editrice Vaticana - *Vatican Publishing House*  
00120 Città del Vaticano

© Copyright 2014 per l'edizione digitale - *digital edition*

EvolutionBook S.r.l.  
00174 Roma (Italy)  
Breviario Digitale®  
17019 Varazze (Italy)

impaginazione - *digital layout and ebook:*

Mario Valerio [www.mariovalerio.com](http://www.mariovalerio.com)

© Breviario Digitale® 2014 - *Digital Breviary*  
17019 Varazze (Italy)

ISBN 9788890909931

[www.breviariodigitale.it](http://www.breviariodigitale.it) - [www.digitalbreviary.com](http://www.digitalbreviary.com)

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I

© Breviario Digitale  
2014

# LITURGIA HORARUM

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I

© Breviario Digitale  
2014

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I

© Copyright 2010 - Libreria Editrice Vaticana  
00120 Città del Vaticano  
Tel. 06.698.85003 - Fax 06.698.84716

~~ISBN 978-88-209-8436-6~~

© Breviario Digitale  
2014

OFFICIUM DIVINUM  
EX DECRETO SACROSANCTI ÆCUMENICI  
CONCILII VATICANI II INSTAURATUM  
AUCTORITATE PAULI PP. VI PROMULGATUM

Tomo I

*pag. 5*

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES


Liturgia Horarum  
tomo I

© Breviario Digitale  
2014

LITURGIA HORARUM  
IUXTA RITUM ROMANUM  
EDITIO TYPICA ALTERA

I

TEMPUS ADVENTUS  
TEMPUS NATIVITATIS



LIBRERIA EDITRICE VATICANA  
MMX

Decretum S. Congregationis pro Cultu Divino, 11 aprilis 1971	7
Decretum Congregationis pro Cultu Divino, 7 aprilis 1985	8
Constitutio Apost. <i>Laudis canticum</i> Pauli papæ VI	11
Institutio generalis de Liturgia Horarum	21
Calendarium Romanum generale	101
Proprium de Tempore	113
Ordinarium	551
Psalterium per IV Hebdomadas distributum	571
Completorium	932
Psalmodia complementaris	950
Proprium de Sanctis	957
Communia	1045
Officium defunctorum	1283
Appendix	1317

SUMMARIUM

DE TEMPORE

## SOLLEMNITATES

## ORDINARIUM

## PSALTERIUM

# COMPLETORIUM

REDITUM

# COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA


## DEFUNCTORUM

## APPENDIX

INDICES

# Liturgia Horarum tomo I

© Breviario Digitale  
2014



## SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

Prot. n. 1000/71

### DECRETUM

Horarurn Liturgia, quam ex antiqua consuetudine diei decursu celebrare consuevit, Ecclesia præceptum Domini adimplet de oratione numquam intermittenda, simulque laudes Deo Patri persolvit et pro mundi salute interpellat.

Quapropter Concilium Vaticanum II, traditam Ecclesiæ disciplinam plurimi faciens, eandemque renovare cupiens, sollicite curavit, ut huius precationis apta fieret instauratio, quo melius ac perfectius sive a sacerdotibus sive ab aliis Ecclesiæ membris in hodiernis rerum adiunctis peragi posset (cf. Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 84).

Opere nunc instauracionis ad exitum perduto, et a Paulo PP. VI approbato per Constitutionem Apostolicam *Laudis canticum*, die 1 novembris 1970 signatam, Sacra hæc Congregatio pro Cultu Divino librum, lingua Latina exaratum ad celebrandam Liturgiam Horarum iuxta ritum Romanum, evulgandum curavit, eiusque editionem, quæ nunc exhibetur, typicam esse declarat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex Ædibus Sacræ Congregationis pro Cultu Divino, die 11 aprilis anni 1971, dominica Paschæ in Resurrectione Domini.

ARTURUS Card. TABERA  
Præfector

A. BUGNINI  
a Secretis

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I

© Breviario Digitale  
2014



SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I© Breviario Digitale  
2014

## CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

Prot. n. 1814/84

## DECRETUM

Liturgia Horarum, ex decreto Sacrosancti Oecumenici Concilii Vaticani II anno 1971 instaurata, utpote Ecclesiæ oratio, qua laudibus, gratiarum actionibus ac deprecationibus universus horarum diei cursus nec non cuncta humana operositas sanctificantur (cf. *Institutio generalis de Liturgia Horarum*, nn. 2 et 11), postulat ut spirituales divitiae, quæ ipsi sunt propriæ, profundius penetrantur per interiorem intellectionem textuum, qui in communi oratione Ecclesiæ Ritus Romani tradito more usurpantur.

Ad hunc finem facilius assequendum, editio typica altera Liturgiæ Horarum, quæ post quattuordecim annos in lucem prodit, tamquam notam sibi propriam exhibet textum Novæ Vulgatæ Bibliorum Sacrorum editionis, qui pro textu versionis Vulgatæ antehac usitato, ad normam Constitutionis Apostolicæ Summi Pontificis Ioannis Pauli II *Scripturarum Thesaurus*, die 25 aprilis 1979 datæ, necessario nunc substituitur.

Singula autem quæ peculiaria sunt præsentis editionis ita pressius in sequentibus describuntur.

1) Versio Nova Vulgata adhibita est pro lectionibus biblicis Officii lectionis et Vigiliarum, item pro lectiōnibus brevibus Laudum, Vesperarum, Horæ Tertiæ, Sextæ, Nonæ et Completorii pariterque pro omnibus canticis Veteris et Novi Testamenti.

2) Quidam biblii textus, qui in priore editione indicati desunt in Novae Vulgatae versione, vel in ista aliam induunt significationem, ita ut minus apti evadant ad finem ob quem sunt selecti, non amplius inveniuntur atque eorum loco aptiores textus proponuntur.

3) Psalmorum textus, in editione Novae Vulgatae ulterius revisus, talis in hac Liturgiae Horarum editione assumitur.

4) Responsoria Officii lectionis iuxta textum Novae Vulgatae sunt revisa, nisi forte peculiaris ratio compositionis vel traditionis vel musicæ melodiae vel liturgicæ notæ immutationem textus excluderet.

5) Novae antiphonæ *ad Benedictus* et *ad Magnificat* Evangelio, ex quo depromuntur, conformes in dominicis et sollemnitatibus plerumque sunt inductæ.

6) Hymnorum redactio refertur, sedula cura perpolita.

7) In lectionibus biblicis longioribus, in psalmis et canticis tum Veteris quam Novi Testamenti singuli versiculi propriis ornantur numeris, prout in Bibliorum libris communiter prostant.

8) In praesenti editione psalmi duplii prænotantur numero. Primo loco numerus signatus est, quem versio græca, a Septuaginta nuncupata, antiqua Vulgata versio et usus a Patribus et Liturgia traditus semper prætulerunt. Numerus vero textui hebraico peculiaris, et sæpe nostris diebus in editionibus et dissertationibus adhibitus, secundo loco additur, inter uncos.

9) In appendicem alii additi sunt textus, nempe formulæ benedictionis sollemnis et actus pænitentialis ex Missali Romano deprompti.

Quæ notæ supra indicatæ necnon ceteræ minoris momenti immutationes inductæ finem habent ulterius favendi illi suavi ac fructuosæ intelligentiæ ne-

cessitudinum, quæ intercedunt inter celebrationem Liturgiæ Horarum et eucharisticam celebrationem necnon vero inter istas et annum liturgicum, qui « peculiari sacramentali vi et efficacia pollet eo quod ipse Christus est qui in suis mysteriis, vel in Sanctorum, præcipue vero Matris suæ, memoriis, immensæ misericordiæ iter pergit, ita ut christifideles Redemptionis mysteria non modo commemorent ac meditentur sed ea attingant, cum eis communicent ac per eadem vivant » (*Cærimoniale Episcoporum*, n. 231).

Hanc editionem alteram Liturgiæ Horarum Summus Pontifex Ioannes Paulus II Auctoritate Sua Apostolica approbavit et Congregatio pro Cultu Divino nunc promulgat atque typicam esse declarat. Quapropter ipsa editio, lingua latina exarata, statim ac prodierit vigere incipiet; editiones autem linguis vernaculis, ad normam editionis typicæ alterius apparatus, a die quem singulæ Conferentiæ Episcoporum statuerint.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex ædibus Congregationis pro Cultu Divino, die 7 aprilis 1985, dominica Paschæ, in Resurrectione Domini.

✠ AUGUSTINUS MAYER  
Archiep. tit. Satrianensis  
Pro-Præfector

✠ VERGILIUS NOÈ  
Archiep. tit. Voncariensis  
a Secretis

Christe, vita nostra, qui venisti ut fíeres caput Ecclésiæ,

— augmémentum fac cónporis tui, ut ædificétur in caritáte.

Qui te in gémina facis adorári substántia,

— concéde tuæ divinitátis nos esse partícipes.

Qui per incarnatióne mediátor factus es,

— tuo múnéri minístros Ecclésiæ per sanctitátem vitæ efficácius consócia.

Qui, véniens, mundum novo órdine instaurásti,

— omnes gentes adduc in salútem tuam.

Qui nascéndo víncula mortis confregísti,

— líbera defúnctos ab ómnibus vínculis.

Pater noster.

## Oratio

Deus, qui, per beátum sacræ Vírginis partum, Fílii tui carnem humánis fecísti præiudíciis non tenéri, præsta, quáesumus, ut, huius creatúræ novitáte suscépti, vetustátis antíquæ contágiiis exuámur. Per Dóminum.

## DIE 4 IANUARII

### Ad Officium lectionis

**V.** In ipso vita erat.

**R.** Et vita erat lux hóminum.

### LECTIO PRIOR

De Epístula ad Colossénses

3, 17 — 4, 1

### Vita familiæ christianæ

Fratres: <sup>3,17</sup> Omne, quodcúmque fácitis in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Iesu grátias agéntes Deo Patri per ipsum.

<sup>18</sup> Mulíeres, súbditæ estóte viris, sicut opórtet in Dómino. <sup>19</sup> Viri, dilígite uxóres et nolíte amári esse ad

illas. <sup>20</sup> Fílii, obœdite paréntibus per ómnia; hoc enim plácitum est in Dómino. <sup>21</sup> Patres, nolíte ad indignationem provocare fílios vestros, ut non pusillo ánimo fiant. <sup>22</sup> Servi, obœdite per ómnia dóminis carnálibus, non ad óculum serviéntes, quasi homínibus placéntes, sed in simplicitáte cordis, timéntes Dóminum. <sup>23</sup> Quodcúmque fáctis, ex ánimo operámini sicut Dómino et non homínibus, <sup>24</sup> sciéntes quod a Dómino accipiétis retributióne hereditátis. Dómino Christo servíte; <sup>25</sup> qui enim iniúriam facit, recípiet id quod iníque gessit, et non est personárum accepcióne.

<sup>4,1</sup> Dómini, quod iustum est et æquum, servis præstáte, sciéntes quóniam et vos Dóminum habétis in cælo.

## RESPONSORIUM

Col 3, 17

R. Omne, quodcúmque fáctis in verbo aut in ópere, \* Ómnia in nómine Dómini Iesu.

V. Grátias agéntes Deo et Patri per ipsum.  
\* Ómnia.

## LECTIO ALTERA

Ex Capítibus quínquies centénis  
sancti Máximi Confessóris abbátis

(Centuria 1, 8-13: PG 90, 1182-1186)

*Mysterium semper novum*

Dei Verbum, carne semel natum (quæ eius propénsa benígnitas ac humánitas est), iis qui velint, semper volens spíritu náscitur; fitque infans, se in illis virtútibus infórmans; ac quo módulo cápere novit suscipiéntem, seípsum maniféstat, nulla livóris labe ac invídia, suæ magnitúdinis amplitúdinem mínuens, sed quasi mensúra ac modo cupiéntium vidére facultátem explórans, sempérque præ mystérii excelléntia, cunctis inaspectábilis perínde persevérans.

Quámobrem divínus Apóstolus, mystérii vim sapienter considerans: *Iesus Christus, inquit, heri et hodie; ipse et in saecula;* ita nimírum, mystérium semper novum intellegens, nullaque umquam mentis comprehensiōne consenescens.

Náscitur Christus Deus, assumptiōne carnis ánima intellegénte præeditæ, factus homo; qui ipse rebus concésserat, ut ex níhilo procéderent: stella ab Oriénte intérdui conspícua micat, magósque ducit quo loco Verbum assúmpta carne iacet; ut osténdat Verbum, quod continétur in lege et prophétis, mýstice superáre sénsuum notítiā et gentes addúcere ad máximum cognitiōnis lumen.

Plane enim legis sermo ac prophéticus, stellæ instar, pie intelléctus, eos qui gratiæ vi secúndum propósitum vocáti sunt, ad Verbum incarnátum agnoscéndum addúcit.

Idcírco Deus fit perféctus homo, nihil eórum quæ erant natúræ, uno dumtáxat dempto peccáto (quando nec ipsum ex censu natúræ erat), demútans; ut carnis esca obiécta, eius vorándæ insatiábilem dracónem, illíque inhiántem, provocáret; carnis scílicet, quæ illi venénum futúra erat, obténtu, Deitatis in ea occúltæ poténtia, ipsum pénitus proflígans; humánæ vero natúræ remédium foret, ad prístinam eam grátiam instáurans, Deitatis ítidem in ea poténtia.

Quemádmodum enim ille, effúso in sciéntiæ lignum venéno suo, natúram gustu corrúperat; sic et ipse domínicam carnem vorándam præsúmens, Deitatis in ea virtúte, corrúptus interitúque sublátus est.

Magnum divínæ incarnatiōnis mystérium, semper mystérium manet; quo plane modo Verbum in carne, persóna sua essentiáliter est, quod essentiáliter éadem persóna totum útique exsístit apud Patrem? Quómodo idem, tum totum Deus natúra est, totúmque natúra homo factum est; neutra prorsus desiderata natúra, neque divína, qua Deus est, neque vero nostra, qua homo factum est?

Hæc sola fides capit mystéria, ipsa nimírum substántia et basis eárum rerum, quæ omnem mentis sensum et ratiónen excédunt.

## RESPONSORIUM

Io 1, 14. 1

R. Verbum caro factum est, et habitávit in nobis:  
\* Cuius glóriam vídimus, quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiæ et veritátis.

V. In princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. \* Cuius glóriam.

Si occurrat dies dominica, dicitur Te Deum, 556.

Oratio, ut ad Laudes matutinas.

## Ad Laudes matutinas

### LECTIO BREVIS

Is 45, 22-23

Convertímini ad me et salvi éritis, omnes fines terræ, quia ego Deus, et non est álius. In memetípsō iurávi: Egréssa est de ore meo iustítia, verbum, quod non revertétur; quia mihi curvábitur omne genu, et iurábit omnis lingua.

### RESPONSORIUM BREVE

R. Notum fecit Dóminus, \* Allelúia, allelúia. Notum.  
V. Salutáre suum. \* Allelúia, allelúia. Glória Patri. Notum.

Ad Benedictus, ant. Christus Deus noster, in quo divinitatis est plenitudo, carnis nostræ infírma suscipiens, novus natus est homo, allelúia.

### PRECES

Verbum Dei glorificémus, quod manifestátum est in carne, appáruit ángelis et prædicátum est géntibus. Ipsi devóte confiteámur, dicéntes:  
*Adorámus te, Fili Dei unigénite.*

Tempus Nativitatis

4 Januarii

Ad Laudes matutinas

*pag. 445*

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I

© Breviario Digitale  
2014

Liberátor géneris humáni, qui per Vírginem Mariám ad nos renovándos prodiísti,

— ipsa intercedénte, a vetustátis condicóne exéemptos nos serva.

Qui de cælo iustítiam increátam in terra nostra radiáre donasti,

— in huius lúmine Solis diem nostrum et vitam dírige.

Fili Dei, qui amórem Patris nobis ostendísti,

— fac ut eum caritáte nostra homínibus ostendámus.

Qui habitatióнем nostram elegísti,

— éffice nos dignos societáte tua.

Pater noster.

### Oratio

Concéde nobis, omnípotens Deus, ut salutáre tuum, quod ad redemptióнем mundi luce nova cælórum procéssit, nostris semper innovándis córdibus oriátur. Per Dóminum.

### Ad Horam medium

### Ad Tertiam

**Ant.** Erant Ioseph et María, mater Iesu, mirántes super iis, quæ dicebántur de illo.

### LECTIO BREVIS

### Ier 31, 7-8 a

Exsultáte in lætítia propter Iacob et hinníte cápti géntium; personáte, cánite et dícite: « Salva, Dómine, pòpulum tuum, relíquias Ísrael ». Ecce ego addúcám eos de terra aquilónis et congregábo eos ab extrémis terræ.

**V.** Recordátus est Dóminus misericórdiæ suæ, allelúia.

**R.** Et veritátis suæ dómui Ísrael, allelúia.

## Ad Sextam

**Ant.** María autem conservábat ómnia verba hæc, cónferens in corde suo.

### LECTIO BREVIS

Ier 31, 11-12 a

Redémit Dóminus Iacob et liberávit eum de manu potentiórīs. Et vénient et laudábunt in monte Sion et cónfluent ad bona Dómini.

**V.** Vidérunt omnes fines terræ, allelúia.

**R.** Salutáre Dei nostri, allelúia.

## Ad Nonam

**Ant.** Vidérunt óculi mei salutáre tuum, quod parásti ante fáciem ómnium populórum.

### LECTIO BREVIS

Zach 8, 7-8

Ecce ego salvábo pópulum meum de terra oriéntis et de terra occásus solis: et addúcām eos, et habitábunt in médio Ierúsalem; et erunt mihi in pópulum, et ego ero eis in Deum in veritáte et iustítia.

**V.** Misericórdia et véritas obviavérunt sibi, allelúia.

**R.** Iustítia et pax osculátæ sunt, allelúia.

**Oratio, ut ad Laudes matutinas.**

## Ad Vespertas

### LECTIO BREVIS

Rom 8, 3 b-4

Deus Fílium suum mittens in similitúdine carnis peccáti et pro peccáto, damnávit peccátum in carne, ut iustítia legis implerétur in nobis, qui non secúndum carnem ambulámus sed secúndum Spíritum.

Tempus Nativitatis

4 Januarii

Ad Vespertas

pag. 447

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I

© Breviario Digitale  
2014

## RESPONSORIUM BREVE

R. Verbum caro factum est, \* Allelúia, allelúia.  
Verbum.

V. Et habitávit in nobis. \* Allelúia, allelúia. Glória Patri. Verbum.

**Ad Magnificat, ant.** Ego enim ex Deo procéssi et veni; neque a meípsو veni, sed Pater meus ille misit me.

## PRECES

Christus ad nos venit et semetípsum trádidit, ut mundáret sibi pópulum acceptábilem, sectatórem bonórum óperum. Eum fervénti pietáte invocémus:  
*Kýrie, éléison.*

Pro Ecclésia tua sancta,

— ut ad novam vitam omnes eius fílli renascántur.  
*Kýrie, éléison.*

Pro paupéribus, captívis, prófugis,

— ut in caritáte nostra te, Fílium Dei incarnátum, invéniant. *Kýrie, éléison.*

Ut gáudium nostrum sit plenum,

— et admirémur donum, a Patre in te nobis datum.  
*Kýrie, éléison.*

Servi tui defúncti, nativitáte tua illumináti, vídeant fáciem tuam,

— et nox eis ultra non erit. *Kýrie, éléison.*

Pater noster.

## Oratio

Concéde nobis, omnípotens Deus, ut salutáre tuum, quod ad redemptiónem mundi luce nova cælórum procéssit, nostris semper innovándis córdibus oriátur. Per Dóminum.

4 Januarii  
Ad Vespertas  
pag. 448

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I© Breviario Digitale  
2014

**Ad Officium lectionis****V.** Erat lux vera.**R.** Quæ illúminat omnem hóminem.**LECTIO PRIOR**

De Epístula ad Colossénses

4, 2-18

*Conclusio Epistolæ*

Fratres: <sup>2</sup> Oratióni instáte, vigilántes in ea in gratiárum actióne, <sup>3</sup> orántes simul et pro nobis, ut Deus apériat nobis óstium sermónis ad loquéndum mystérium Christi, propter quod étiam vinctus sum, <sup>4</sup> ut maniféstem illud, ita ut opórtet me loqui. <sup>5</sup> In sapiéntia ambuláte ad eos, qui foris sunt, tempus rediméntes. <sup>6</sup> Sermo vester semper sit in grátia, sale condítus, ut sciátis quómodo opórteat vos unicuíque respondére.

<sup>7</sup> Quæ circa me sunt, ómnia vobis nota fáciet Týchicus, caríssimus frater et fidélis miníster et consérvus in Dómino, <sup>8</sup> quem misi ad vos ad hoc ipsum, ut cognoscátis, quæ circa nos sunt, et consolétur corda vestra, <sup>9</sup> cum Onésimo fidéli et caríssimo fratre, qui est ex vobis; ómnia, quæ hic agúntur, nota fácent vobis.

<sup>10</sup> Salútat vos Aristárchus concaptívus meus et Marcus consobrínus Bárnabæ, de quo accepístis mandáta — si vénerit ad vos, excípite illum — <sup>11</sup> et Iesus, qui dícitur Iustus, qui sunt ex circumcisióne; hi soli adiutóres in regno Dei, qui mihi fuérunt solácio. <sup>12</sup> Salútat vos Epáphras, qui ex vobis est, servus Christi Iesu, semper certans pro vobis in oratióníbus, ut stetis perfécti et impléti in omni voluntáte Dei. <sup>13</sup> Testimónium enim illi perhíbeo, quod habet multum labórem pro vobis et pro his, qui sunt Laodicíæ et qui Hierápoli. <sup>14</sup> Salútat vos Lucas, mèdicus caríssimus, et Demas. <sup>15</sup> Salutáte fratres, qui sunt Lao-

5 Januarii

Ad Off Lectionis

pag. 449

**SUMMARIUM****DE TEMPORE****SOLLEMNITATES****ORDINARIUM****PSALTERIUM****COMPLETORIUM****REDITUM****COMPLEMENTARIS****SANCTIS****COMMUNIA****DEFUNCTORUM****APPENDIX****INDICES****Liturgia Horarum  
tomo I****© Breviario Digitale  
2014**

diciæ, et Nympham et, quæ in domo eius est, ecclésiam. <sup>16</sup> Et cum lecta fúerit apud vos epístula, fácite ut et in Laodicénsium ecclésia legátur, et eam, quæ ex Laodicía est, vos quoque legátis. <sup>17</sup> Et dícite Archíppo: « Vide ministérium, quod accepísti in Dómino, ut illud ímpleas ».

<sup>18</sup> Salutátio mea manu Pauli. Mémores estóte vinculórum meórum. Grátia vobíscum.

## RESPONSORIUM

Col 4, 3; cf. Ps 50 (51), 17

R. Orémus pro ínvicem, ut Deus apériat nobis óstium sermónis \* Ad loquéndum mystérium Christi.

V. Dóminus lábia nostra apériat, et os nostrum annúntiet laudem Dei. \* Ad loquéndum.

## LECTIO ALTERA

Ex Sermónibus sancti Augustíni epíscopi

(Sermo 194, 3-4: PL 38, 1016-1017)

*Verbi visione satiabimur*

Quis hóminum omnes thesáuros sapiéntiæ et sciéntiæ nóverit in Christo occúltos atque in paupertáte carnis eius abscónditos? Quia *propter nos pauper factus est, cum dives esset, ut illíus paupertáte ditarémur*. Cum enim mortalitatē assúmeret mortémque consúmeret, in paupertáte se osténdit: sed divítias diláticas promísit, non abláticas amísit.

Quam multa multitúdo dulcéedinis eius, quam abscóndit timéntibus se, pérficit autem sperántibus in se!

Ex parte enim scimus, donec véniat quod perféctum est. Cui capiéndo ut idónei præstarémur, ille æquális Patri in forma Dei, in forma servi factus símilis nobis, refórmat nos ad similitúdinem Dei: et factus fílius hóminis únicus Fílius Dei, multos fílios hóminum facit fílios Dei; et nutrítos servos per visíbilem formam servi, pérficit líberos ad vidéndam formam Dei.

*Fílii enim Dei sumus, et nondum appáruit quid érimus. Et scimus quóniam, cum apparúerit, símiles ei érimus, quóniam vidébimus eum sicuti est. Nam qui sunt illi sapiéntiæ scientiæque thesáuri, quæ illæ divítiaæ divínæ, nisi quia suffíciunt nobis? Et quæ illa multitúdo dulcédinis, nisi quia sátiat nos? Osténde ergo nobis Patrem, et súfficit nobis.*

Et in quodam psalmo quidam ex nobis, vel in nobis, vel pro nobis, ait illi: *Satiábor, dum maniféstabitur glória tua.* Ipse autem et Pater unum sunt: et qui ipsum videt, videt et Patrem. Ergo *Dóminus virtútum, ipse est rex glóriæ.* Convértens nos, osténdet nobis fáciem suam; et salvi érimus, et satiábimur, et suffíciat nobis.

Quod donec fiat, donec osténdat nobis quod sufíciat nobis, donec eum fontem vitæ potémus et satiémur, ínterim dum ambulántes per fidem peregrinámur ab eo, dum esurímus et sitímus iustítiam, et formæ Dei pulchritúdinem ineffábili ardóre desiderámus, formæ servi natálem devóto obséquio celebrémus.

Nondum contemplári póssumus quod génitus est ante lucíferum a Patre, frequentémus quod noctúrnis horis est natus ex Vírgine. Nondum cápimus quod *ante solem pérmanet nomen eius*, agnoscámus *in sole* pósitum *tabernáculum eius*.

Nondum contuémur Únicum permanéntem in Patre suo, recordémur Sponsum procedéntem *de thálamo suo*. Nondum idónei sumus convívio Patris nostri, agnoscámus præsépe Dómini nostri Iesu Christi.

## RESPONSORIUM

1 Io 1, 2; 5, 20

R. Vita appáruit, et vídimus et annuntiámus vobis vitam ætérnam, \* Quæ erat coram Patre et appáruit nobis.

V. Scimus quóniam Fílius Dei venit et dedit nobis sensum, ut cognoscámus eum, qui verus est; et

5 Januarii  
Ad Off Lectionis  
pag. 451

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORIUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I

© Breviario Digitale  
2014

sumus in eo, qui verus est, in Fílio eius Iesu Christo. Hic est qui verus est, Deus et vita ætérna. \* Quæ erat coram Patre et appáruit nobis.

Si occurrat dies dominica, dicitur Te Deum, 556.

Oratio, ut ad Laudes matutinas.

Tempus Nativitatis

5 Januarii

Ad Laudes matutinas

pag. 452

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum

tomo I

© Breviario Digitale

2014

## Ad Laudes matutinas

### LECTIO BREVIS

Sap 7, 26-27

Candor lucis ætérnæ est Sapiéntia et spéculum sine mácula Dei poténtiæ et imágó bonitátis illíus. Et, cum sit una, ómnia potest; et in se pérmans ómnia ínnovat et per generatíones in ánimas sanctas se tránsferebant amícos Dei et prophétas constítuit.

### RESPONSORIUM BREVE

R. Notum fecit Dóminus, \* Allelúia, allelúia. Notum.

V. Salutáre suum. \* Allelúia, allelúia. Glória Patri. Notum.

Ad Benedictus, ant. Visitávit et fecit redemptiónen Dóminus plebi suæ.

### PRECES

Laudémus Christum, qui factus est nobis sapiéntia a Deo, iustítia, sanctificátio et redéemptio. Eum fidén-ter deprecémur:

*Natívitas tua, Dómine, salvet nos.*

Rex universórum, qui a pastóribus pannis involútus invéntus es,

— fac nos paupertátis et simplicitátis tuæ sponte partí- cipes.

Dómine cæli, qui a thronis regálibus ad ima descen- dísti,

— hómines doce fratres humilióris condíciónis ho- noráre.

Christe, lux æterna, qui, carnem nostram assúmens,  
máculam non contraxísti,  
— fac ut fidéles, bonis terræ uténtes, mínime pol-  
luántur.

Sponse divíne Ecclésiæ tuæ, qui, ei astans, turris inex-  
pugnábilis exsístis,  
— fac ut in ipsa ad salútem fidéles tui fírmiter per-  
sevérent.

Pater noster.

### Oratio

Deus, qui pópulo tuo, Unigéniti tui nativitáte, redemptiōnis efféctum mirabíliter inchoásti, ita, quæsumus, fídei fámulis tuis tríbue firmitátem, ut usque ad promíssum glóriæ præmium, ipso gubernánte, pervéniant. Per Dóminum.

### Ad Horam medium

#### Ad Tertiam

**Ant.** Erant Ioseph et María, mater Iesu, mirántes super iis, quæ dicebántur de illo.

#### LECTIO BREVIS

Ez 20, 41-42 a

In odórem suavitatis suscípiam vos, cum edúxero vos de pópulis et congregávero vos de terris, in quas dispérsi estis, et sanctificábor in vobis in óculis natiónum. Et sciétis quia ego Dóminus.

**V.** Recordátus est Dóminus misericórdiæ suæ, allelúia.

**R.** Et veritatis suæ dómui Ísrael, allelúia.

#### Ad Sextam

**Ant.** María autem conservábat ómnia verba hæc, cónferens in corde suo.

#### LECTIO BREVIS

Ez 34, 11-12

Ecce ego ipse requíram oves meas et visitábo eas. Sicut vísit pastor gregem suum in die, quando fúerit

Tempus Nativitatis

5 Januarii

Ad Horam medium

pag. 453

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum

tomo I

© Breviario Digitale

2014

in médio óvium suárum dissipatárum, sic visitábo oves meas et liberábo eas de ómnibus locis, in quibus dispérsæ fúerant.

- V. Vidérunt omnes fines terræ, allelúia.  
R. Salutáre Dei nostri, allelúia.

## Ad Nonam

**Ant.** Vidérunt óculi mei salutáre tuum, quod parásti ante fáciem ómnium populórum.

### LECTIO BREVIS

Mich 2, 12

Congregatióne congregábo, Iacob, totum te; in unum condúcám reliquias Ísrael, páriter ponam illum quasi gregem in ovíli, quasi pecus in médio páscuæ.

- V. Misericórdia et véritas obviavérunt sibi, allelúia.  
R. Iustítia et pax osculátæ sunt, allelúia.

Oratio, ut ad Laudes matutinas.

## Ad Vespertas

In regionibus ubi Epiphania celebratur dominica diebus 7 vel 8 ianuarii occurrente:

### LECTIO BREVIS

1 Io 5, 20

Scimus quóniam Fílius Dei venit et dedit nobis sensum, ut cognoscámus eum, qui verus est; et sumus in eo, qui verus est, in Fílio eius Iesu Christo. Hic est qui verus est, Deus et vita ætérna.

## RESPONSORIUM BREVE

R. Verbum caro factum est, \* Allelúia, allelúia.  
Verbum.

V. Et habitávit in nobis. \* Allelúia, allelúia. Glória Patri. Verbum.

Tempus Nativitatis

5 Januarii

Ad Vespertas

pag. 454

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum

tomo I

© Breviario Digitale

2014

**Ad Magnificat, ant.** Quem scripsit Móyses in lege et prophétæ, invénimus Iesum, filium Ioseph, a Názareth.

## PRECES

Christum Emmanuélém benedicámus, quem Virgo concépit et péperit. Eum súpplices exorémus:  
*Fili Vírginis Mariæ, exáudi nos.*

Tu, qui Maríæ gáudia maternitátis concessísti,  
— cunctis da paréntibus de fíliis suis mérito gaudére.

Qui púerum te fecísti,  
— sapiéntiam púeris gratiámque largíre.

Qui venísti ut genus humánum in pótulum sanctum effíceres,

— omnes gentes, concórdes efféctas, in unum cóngrega.

Qui nascéndo víncula famíliæ astrinxísti,  
— pérfice unitátem familiárum.

Qui nasci diébus nostri témporis voluísti,  
— concéde defúnctis nasci ad diem æternitátis tuæ.

Pater noster.

## Oratio

Deus, qui pótulo tuo, Unigéniti tui nativitáte, redemptiónis efféctum mirabíliter inchoásti, ita, quæsumus, fídei fámulis tuis tríbue firmitátem, ut usque ad promíssum glóriæ práemium, ipso gubernánte, per-véniant. Per Dóminum.

## DIE 6 IANUARII

**In regionibus ubi sollemnitas Epiphaniæ Domini celebratur dominica die 7 vel 8 ianuarii occurrente:**

## Ad Officium lectionis

**V.** Cantáte Dómino, et benedícite nómini eius.

**R.** Annuntiáte de die in diem salutáre eius.

Tempus Nativitatis

6 Januarii

Ad Off Lectionis

*pag. 455*

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I

© Breviario Digitale  
2014

## LECTIO PRIOR

De libro Isaiae prophétæ

42, 1-8

*Servus Domini mansuetus*

<sup>1</sup> Ecce servus meus, suscípiam eum;  
 éléctus meus, cómplacet sibi in illo ánima mea;  
 dedi spíritum meum super eum,  
 iudícium géntibus próferet.

<sup>2</sup> Non clamábit neque vociferábitur,  
 nec audiétur vox eius foris.

<sup>3</sup> Cálamum quassátum non cónteret  
 et linum fúmigans non exstínguet;  
 in veritátem próferet iudícium.

<sup>4</sup> Non languébit nec frangétur,  
 donec ponat in terra iudícium;  
 et legem eius ínsulæ exspéctant.

<sup>5</sup> Hæc dicit Dóminus Deus,  
 creans cælos et exténdens eos,  
 firmans terram et quæ gérminant ex ea,  
 dans flatum pôpulo, qui est super eam,  
 et spíritum calcántibus eam:

<sup>6</sup> « Ego, Dóminus, vocávi te in iustítia  
 et apprehéndi manum tuam;  
 et formávi te et dedi te  
 in fœdus pôpuli, in lucem géntium,

<sup>7</sup> ut aperíres óculos cæcórūm  
 et edúceres de conclusióne vinctum,  
 de domo cárceris sedéntes in ténebris.

<sup>8</sup> Ego Dóminus: hoc est nomen meum;  
 et glóriam meam álteri non dabo  
 et laudem meam sculptílibus ».

## RESPONSORIUM

Mt 12, 18. 21 (Is 42, 1)

R. Ecce puer meus, quem elégi; diléctus meus, in  
 quo bene complácuit ánimæ meæ. \* In nómine eius  
 gentes sperábunt.

V. Ponam Spíritum meum super eum, et iudícium  
 géntibus nuntiábit. \* In nómine.

6 Januarii

Ad Off Lectionis

pag. 456

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I© Breviario Digitale  
2014

Hæc lectio cum suo responsorio sumitur e dominica Baptismatis Domini, ut infra, 543.

Oratio, ut ad Laudes matutinas.

## SUMMARIUM

## DE TEMPORE

## SOLLEMNITATES

## ORDINARIUM

## PSALTERIUM

## COMPLETORIUM

## REDITUM

## COMPLEMENTARIS

## SANCTIS

## COMMUNIA

## DEFUNCTORUM

## APPENDIX

## INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I

## Ad Laudes matutinas

## LECTIO BREVIS

Is 61, 1-2 a

Spíritus Dómini Dei super me, eo quod únixerit Dóminus me; ad annuntiándum læta mansuétis misit me, ut medérer contrítis corde et prædicárem captívis liberatióne et clausis apertióne; ut prædicárem annum placábilem Dómino.

## RESPONSORIUM BREVE

R. Notum fecit Dóminus, \* Allelúia, allelúia. Notum.

V. Salutáre suum. \* Allelúia, allelúia. Glória Patri.  
Notum.

**Ad Benedictus, ant.** Hic est qui venit per aquam et sanguinem, Iesus Christus, Dóminus noster.

## PRECES

Dignis láudibus Verbum Dei celebrémus, ante sáecula exsistens et in témpore nobis natum. Iucúnde acclamémus, dicéntes:

*Exsúltet terra, quia venísti.*

Christe, Verbum æténum, qui, in terram descéndens, exsultatiónis rore eam perfudísti,

— lætífica cor nostrum grátiæ tuæ visitatióne contínua.

Salvátor noster, qui in nativitéte tua, fidelitátem Dei nobis ostendísti,

— concéde nos plena fide promissiōnes baptismáles serváre.

Rex cæli et terræ, qui pacem homínibus ab ángelis nuntiári fecísti,

— vitam nostram in tua pace consérva.

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I© Breviario Digitale  
2014

Dómine, qui venísti ut essem vites vera, nobis fructum  
vitæ prodúcens,  
— fac nos iúgiter pálmites in te manéntes, ne simus  
infructuósi.  
(*Exsultet terra, quia venísti.*)

Pater noster.

**Oratio**

Fidéles tuos, quásumus, Dómine, benígnus illú-  
mina, et splendóre glóriæ tuæ corda eórum semper  
accénde, ut Salvatórem suum et incessánter agnóscant,  
et veráciter apprehéndant. Per Dóminum.

**Ad Horam medium****Ad Tertiam**

**Ant.** Erant Ioseph et María, mater Iesu, mirántes  
super iis, quæ dicebántur de illo.

**LECTIO BREVIS**

Is 11, 1-3 a

Egrediétur virga de stirpe Iesse, et flos de radíce  
eius ascéndet; et requiéscet super eum spíritus Dómini:  
spíritus sapiéntiæ et intelléctus, spíritus consílii et for-  
titúdinis, spíritus sciéntiæ et timóris Dómini; et delíciæ  
eius in timóre Dómini.

**V.** Recordátus est Dóminus misericórdiæ suæ, al-  
lelúia.

**R.** Et veritátis suæ dómui Ísrael, allelúia.

**Ad Sextam**

**Ant.** María autem conservábat ómnia verba hæc,  
cónferens in corde suo.

**LECTIO BREVIS**

Is 42, 1

Ecce servus meus, suscípiam eum; éléctus meus,  
cómplacet sibi in illo ánima mea; dedi spíritum meum  
super eum, iudícium géntibus próferet.

**V.** Vidérunt omnes fines terræ, allelúia.

**R.** Salutáre Dei nostri, allelúia.

**Ad Nonam**

**Ant.** Vidérunt óculi mei salutáre tuum, quod parásti ante fáciem ómnium populórum.

**LECTIO BREVIS**

Is 49, 6

Dixit mihi Dóminus: « Parum est ut sis mihi servus ad suscitáandas tribus Iacob et reliquias Ísrael reducén-das: dabo te in lucem géntium, ut sit salus mea usque ad extrémum terræ ».

**V.** Misericórdia et véritas obviavérunt sibi, allelúia.

**R.** Iustítia et pax osculátæ sunt, allelúia.

**Oratio, ut ad Laudes matutinas.**

**Ad Vespertas****LECTIO BREVIS**

Act 10, 37-38

Vos scitis quod factum est verbum per univérsam Iudáeam incípiens a Galiláea post baptísmum, quod prædicávit Ioánnes: Iesum a Názareth, quómodo unxit eum Deus Spíritu Sancto et virtúte, qui pertransívit benefaciéndo et sanándo omnes oppréssos a Diábolo, quóniam Deus erat cum illo.

**RESPONSORIUM BREVE**

**R.** Verbum caro factum est, \* Allelúia, allelúia.  
Verbum.

**V.** Et habitávit in nobis. \* Allelúia, allelúia. Glória Patri. Verbum.

**Ad Magnificat, ant.** Vox facta est de cælis: Tu es Fílius meus diléctus, in te complácui mihi.

**PRECES**

Christum iubilántes celebrémus, in cuius nativitaté ángeli pacem mundo nuntiavérunt, et devótis áni-mis exorémus:

*Natívitas tua pacem cunctis áfferat.*  
Reple, Dómine, ómnibus bonis Ecclésiam tuam,  
— quam nativitatis tuæ mystério consoláris.

6 Januarii

Ad Vespertas

pag. 459

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I© Breviario Digitale  
2014

Qui inter univérsas hóminum vicissítudines per sácula  
médius exstitísti,

— ad te Deum et salvatórem ómnia áttrahe.  
(*Natívitas tua pacem cunctis áfferat.*)

Qui a sáculis exspectátus, in plenitúdine témporis  
venísti,

— manifésta præséntiam tuam iis, qui adhuc te ex-  
spéctant.

Qui pro ómnium salúte venísti,

— duc ad baptísmi grátiam omnes nascitúros.

Qui, caro factus, humánam substántiam morte cor-  
rúptam restaurásti,

— defúnctis tuam plenam restauratióne concéde.

Pater noster.

### Oratio

Fidéles tuos, quásumus, Dómine, benígnus illú-  
mina, et splendóre glóriæ tuæ corda eórum semper  
accénde, ut Salvatórem suum et incessánter agnóscant,  
et veráciter apprehéndant. Per Dóminum.

### DIE 7 IANUARII

In regionibus ubi sollemnitas Epiphaniæ Domini  
celebratur dominica die 8 ianuarii occurrente:

### Ad Officium lectionis

V. Novíssime Deus locútus est nobis in Fílio.

R. Per quem fecit et sácula.

### LECTIO PRIOR

De libro Isaíæ prophétæ

61, 1-11

*Spiritus Domini super servum suum*

<sup>1</sup> Spíritus Dómini Dei super me,  
eo quod únixerit Dóminus me;  
ad annuntiándum læta mansuétis misit me,  
ut medérer contrítis corde  
et prædicárem captívis liberatióne

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I© Breviario Digitale  
2014

et clausis apertiónem;

<sup>2</sup> ut prædicárem annum placábilem Dómino  
et diem ultiónis Deo nostro;  
ut consolárer omnes lugéntes,  
<sup>3</sup> ut pónerem lugéntibus Sion  
et darem eis corónam pro cínere,  
óleum gáudii pro luctu,  
pállium laudis pro spíritu mærórīs.

Et vocabúntur Terebínthi iustítiæ,  
plantátio Dómini ad glorificándum.

<sup>4</sup> Et ædificábunt desérta a sáculo  
et ruínas antíquas érigent  
et instaurábunt civitátes desértas,  
dissipátas in generatióne et generatióne.

<sup>5</sup> Et stabunt aliéni et pascent pécora vestra,  
et filii peregrinórum agrícolæ et vinitóres vestri erunt;

<sup>6</sup> vos autem Sacerdótes Dómini vocabímini,  
Minístri Dei nostri dicétur vobis;  
fortitúdinem géntium comedétis  
et in glória eárum superbiétis.

<sup>7</sup> Pro confusióne eórum dúplici  
et ignomínia laudábunt partem suam;  
proptérea in terra sua duplícia possidébunt,  
lætítia sempitérna erit eis.

<sup>8</sup> Quia ego Dóminus díligens iudícium,  
ódio habens rapínam et iniquitátem;  
et dabo opus eórum in veritáte  
et fœdus perpétuum fériam eis.

<sup>9</sup> Et sciétur in géntibus semen eórum,  
et germen eórum in médio populórum;  
omnes, qui víderint eos, cognóscent illos,  
quia isti sunt semen, cui benedíxit Dóminus.

<sup>10</sup> Gaudens gaudébo in Dómino,  
et exsultábit ánima mea in Deo meo,  
quia índuit me vestiméntis salútis  
et induménto iustítiæ circúmdedit me,  
quasi sponsum decorátum coróna  
et quasi sponsam ornátam monílibus suis.

<sup>11</sup> Sicut enim terra profert germen suum,  
et sicut hortus semen suum gérminat,  
sic Dóminus Deus germinábit iustítiam  
et laudem coram univérsis géntibus.

## RESPONSORIUM

Is 61, 1; Io 8, 42

R. Spíritus Dómini super me, eo quod únixerit Dómi-nus me; ad annuntiándum læta mansuétis misit me;  
\* Ut medérer contrítis corde, et prædicárem captívis liberatióne et clausis apertióne.

V. Ego ex Deo procéssi et veni; neque enim a meípsو veni, sed ille me misit. \* Ut medérer.

## LECTIO ALTERA

Ex Sermónibus sancti Augustíni epíscopi

(Sermo 13 de Tempore: PL 39, 1097-1098)

*Factus est Deus homo, ut homo fieret Deus*

Dóminus noster Iesus Christus, fratres caríssimi, qui in æténum est cunctórum créátor, hódie de matre nascéndo factus est nobis salvátor. Natus est nobis hódie in témpore per voluntátem, ut nos perdúcat ad Patris æternitátem. Factus est Deus homo, ut homo fíret Deus: ut panem angelórum manducáret homo, Dóminus angelórum hódie factus est homo.

Hódie impléta est prophetía illa, quæ dicit: *Roráte, cæli, désuper, et nubes pluant iustum: aperiátur terra, et gérminet salvatórem.* Factus est ígitur qui fécerat, ut invenirétur qui períerat. Sic enim in psalmis homo confítetur: *Priúsq[ue]am humiliárer, ego peccávi.* Peccávit homo, et factus est reus: natus est homo Deus, ut librarétur reus. Homo ígitur cécidit, sed Deus descéndit. Cécidit homo miserabíliter, descéndit Deus misericór-diter; cécidit homo per supérbiā, descéndit Deus cum grátia.

O mirácula, o prodígia, fratres mei! Natúræ iura mutántur in hómine; Deus náscitur, virgo sine viro gra-vidátur, viri nésciam sermo Dei marítat: simul facta est

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I© Breviario Digitale  
2014

mater et virgo; mater facta, sed incorrúpta; virgo habens fílium, nésciens virum; semper clausa, sed non infecúnda. Solus enim sine peccáto est natus, quem sine viríli compléxu non concupiscéntia carnis, sed obœdiéntia génuit mentis.

## RESPONSORIUM

1 Io 4, 14; 1, 9

R. Nos vídimus et testificámur: \* Pater misit Fílium salvatórem mundi.

V. Ut remíttat nobis peccáta nostra et emúndet nos ab omni iniustítia. \* Pater misit.

Oratio, ut ad Laudes matutinas.

## Ad Laudes matutinas

### LECTIO BREVIS

Is 9, 5

Párvulus natus est nobis, fílius datus est nobis; et factus est principátus super úmerum eius; et vocábitur nomen eius admirábilis Consiliárius, Deus fortis, Pater æternitátis, Princeps pacis.

### RESPONSORIUM BREVE

R. Notum fecit Dóminus, \* Allelúia, allelúia.  
Notum.

V. Salutáre suum. \* Allelúia, allelúia. Glória Patri.  
Notum.

**Ad Benedictus, ant.** Ecce de quo scriptum est: Christus natus est in Ísrael, et regni eius non erit finis.

### PRECES

Christo, salutári Dei, quod vidérunt omnes fines terræ,  
laudes exsolvámus et létanter acclamémus:

*Glória tibi, Christe Dómine.*

Redémptor ómnium, qui véniens murum separatiónis  
Iudæi et Gentílis destruxísti,  
— discrímina, quæ humánam dignitátem dedéceant,  
fac ut deleántur in mundo.

Tempus Nativitatis  
7 ianuarii  
Ad Laudes matutinas  
pag. 463

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I

© Breviario Digitale  
2014

Qui per incarnationem et nativitatem tuam inter nos præsentiam instaurasti,  
— doce nos multímodam præsentiam tuam in Ecclesia et in homínibus agnoscere.  
(*Glória tibi, Christe Dómine.*)

Qui Deum homínibus pleníssime revelasti,  
— índica nobis quómodo verbo tuo íntegra fide consentiámus et ópere.

Emmánuel, qui ómnia mirabíliter reformásti,  
— tríbue nobis, ut nova sint ómnia, corda, voces et ópera.

Pater noster.

### Oratio

Omnípotens sempiterne Deus, qui per advéntum unigéniti Fílli tui nova luce radiáre dignátus es, concéde nobis, ut, sicut eum per Vírginis partum in forma nostri córporis merúimus habére partícipem, ita et in eius regno grátiæ mereámur esse consórtes. Per Dóminum.

### Ad Horam medium

#### Ad Tertiam

**Ant.** Erant Ioseph et María, mater Iesu, mirántes super iis, quæ dicebántur de illo.

LECTIO BREVIS

Dt 4, 7

Quæ est ália nátio tam grandis, quæ hábeat deos appropinquantes sibi, sicut Dóminus Deus noster adest cunctis obsecratiónibus nostris?

**V.** Recordátus est Dóminus misericórdiæ suæ, allelúia.

**R.** Et veritatis suæ domui Ísrael, allelúia.

#### Ad Sextam

**Ant.** María autem conservábat ómnia verba hæc, cónferens in corde suo.

## LECTIO BREVIS

Is 12, 5-6

Cantáte Dómino, quóniam magnífice fecit; notum sit hoc in univérsa terra. Exsúlta et lauda, quæ hábitas in Sion, quia magnus in médio tui Sanctus Ísrael.

V. Vidérunt omnes fines terræ, allelúia.

R. Salutáre Dei nostri, allelúia.

## Ad Nonam

**Ant.** Vidérunt óculi mei salutáre tuum, quod parásti ante fáciem ómnium populórum.

## LECTIO BREVIS

Et omnes natiónes in tota terra converténtur et timébunt Deum vere et relínquent omnes idóla sua. Et benedícent Deo ætérho in iustítia. Omnes filii Ísrael, qui liberabúntur in diébus illis, mémores Dei in veritáte, colligéntur et vénient in Ierúsalem. Et gaudébunt, qui díligunt Deum in veritáte.

V. Misericórdia et véritas obviavérunt sibi, allelúia.

R. Iustítia et pax osculátæ sunt, allelúia.

**Oratio, ut ad Laudes matutinas.**

Cf. Tb 14, 6-7

Tempus Nativitatis

7 ianuarii

Ad Horam medium

pag. 465

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I

© Breviario Digitale  
2014

# TEMPUS NATIVITATIS

## II. A SOLLEMNITATE EPIPHANIÆ

In Officio de Tempore, ab Epiphania Domini usque ad festum Baptismatis Domini exclusive:

Tempus Nativitatis  
A sollempnitate Epiphaniæ  
Hymnus  
Ad Vesperas  
pag. 466

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I

© Breviario Digitale  
2014

### Ad Vesperas

#### HYMNUS

Hostis Heródes ímpie,  
Christum venire quid times?  
Non éripit mortália  
qui regna dat cælestia.

Ibant magi, qua vénérant  
stellam sequéntes præviam,  
lumen requírunt lúmine,  
Deum faténtur múnere.

Lavácræ puri gúrgitis  
cælestis Agnus áttigit;  
peccáta quæ non détulit  
nos abluéndo sústulit.

Novum genus poténtiæ:  
aquæ rubéscunt hýdriæ,  
vinúmque iussa fúndere  
mutávit unda oríginem.

Iesu, tibi sit glória,  
qui te revélas géntibus,  
cum Patre et almo Spíritu,  
in sempitérna sæcula. Amen.

### Ad Completorium

#### HYMNUS, Christe, qui splendor, 568.

### Ad Invitatorium

Ant. Christus appáruit nobis: veníte, adorémus.

Psalmus invitatorius, ut in Ordinario, 554.

## Ad Officium lectionis

### HYMNUS

Magi vidéntes párvulum  
eóa promunt múnera,  
stratíque votis ófferunt  
tus, myrrham et aurum régium.

Agnósce clara insígnia  
virtútis ac regni tui,  
Puer, cui trinam Pater  
prædestinávit índolem:

Regem Deúmque annúntiant  
thesáurus et fragrans odor  
turis Sabáei, at mírrheus  
pulvis sepúlcrum prædocet.

O sola magnárum úrbium  
maior Bethlem, cui cóntigit  
ducem salútis cælitus  
incorporátum gígnere!

Hunc et prophétis téstibus  
îsdémque signatóribus  
testátor et sator iubet  
adire regnum et cérnere:

Regnum quod ambit ómnia  
dia et marína et térrea  
a solis ortu ad éxitum  
et tártara et cælum supra.

Iesu, tibi sit glória,  
qui te revélas géntibus,  
cum Patre et almo Spíritu,  
in sempitérna sǽcula. Amen.

## Ad Laudes matutinas

### HYMNUS

Quicúmque Christum quáeritis,  
óculos in altum tollite:  
illic licébit vísere  
signum perénnis glóriæ.

Tempus Nativitatis  
A soll. Epiphaniæ  
Hymnus  
Ad Off Lectionis  
pag. 467

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I

© Breviario Digitale  
2014

Hæc stella, quæ solis rotam  
vincit decóre ac lúmine,  
venísse terris núnctiat  
cum carne terrésttri Deum.

En, Pérsici ex orbis sinu,  
sol onde sumit iánuam,  
cernunt perítí intérpretes  
regále vexíllum magi.

« Quis iste tantus — ínquiunt —  
regnátor astris ímperans,  
quem sic tremunt cælestia,  
cui lux et æthra insérviunt?

Illústre quiddam cérnimus  
quod nésciat finem pati,  
sublime, celum, intérminum,  
antíquius cælo et chao.

Hic ille rex est géntium  
populique rex Iudáici,  
promíssus Ábrahæ patri  
eiúsque in ævum sémini ».

Iesu, tibi sit glória,  
qui te revélas géntibus,  
cum Patre et almo Spíritu,  
in sempitérna sæcula. Amen.

## Ad Horam medium

### Ad Tertiam

#### HYMNUS

Certum tenéntes órdinem,  
pio poscámus péctore  
hora diéi tértia  
trinæ virtútis glóriam,

Ut simus habitáculum  
illi Sancto Spirítui,  
qui quondam in apóstolis  
hac hora distribútus est.

Tempus Nativitatis  
A soll. Epiphaniæ  
Hymnus  
Ad Horam medium  
pag. 468

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I

© Breviario Digitale  
2014

Hoc gradiénte órdine,  
ornávit cuncta spléndide  
regni cælestis cónditor  
ad nostra ætérrna præmia.

Deo Patri sit glória  
eiúsque soli Fílio  
cum Spíritu Paráclito,  
in sempitérna sæcula. Amen.

**Ant.** Mystérium, quod abscónditum fuit a sæculis et generatióribus, nunc manifestátum est.

## Ad Sextam

### HYMNUS

Dicámus laudes Dómino  
fervénte prompti Spíritu;  
hora volúta séxies  
nos ad orándum próvocat.

In hac enim fidélibus  
veræ salútis glória,  
beáti Agni hóstia,  
crucis virtúte rédditur.

Cuius luce claríssima  
tenébricat merídes;  
sumámus toto péctore  
tanti splendóris grátiam.

Deo Patri sit glória  
eiúsque soli Fílio  
cum Spíritu Paráclito,  
in sempitérna sæcula. Amen.

**Ant.** Véniens Christus evangelizávit pacem vobis,  
qui longe fuístis, et pacem iis qui prope erant.

Tempus Nativitatis  
A soll. Epiphaniæ  
Hymnus  
Ad Horam medium  
*pag. 469*

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I

© Breviario Digitale  
2014

# Ad Nonam

## HYMNUS

Ternis horárum téminis  
volútis, dante Dómino,  
trinum perfécte et únicum  
ipsum devóti psállimus.

Sacrum Dei mystérium  
puro tenéntes péctore,  
Petri magístri régula  
signo salútis pródita,

Et nos psallámus spíritu,  
hæréntes sic apóstolis,  
ut plantas adhuc débiles  
Christi virtúte dírigant.

Deo Patri sit glória  
eiúsque soli Fílio  
cum Spíritu Paráclito,  
in sempitérna sácula. Amen.

**Ant.** Ecce dedi te in lucem géntium, ut sis salus mea  
usque ad extrémum terræ.

Tempus Nativitatis  
A soll. Epiphaniæ  
Hymnus

Ad Horam medium  
*pag. 470*

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I

© Breviario Digitale  
2014

Die 6 ianuarii

vel dominica a die 2 ad diem 8 ianuarii occurrente

**IN EPIPHANIA DOMINI****Sollemnitas****Ad I Vespertas****HYMNUS**

Quicúmque Christum quáeritis,  
óculos in altum tollite:  
illic licébit vísere  
signum perénnis glóriæ.

Hæc stella, quæ solis rotam  
vincit decóre ac lúmine,  
venísse terris núntiat  
cum carne terréstri Deum.

En, Pérsici ex orbis sinu,  
sol unde sumit iánuam,  
cernunt perítí intérpretes  
regále vexíllum magi.

« Quis iste tantus — ínquiunt —  
regnátor astris ímperans,  
quem sic tremunt cælestia,  
cui lux et æthra insérviunt?

Illústre quiddam cérnimus  
quod nésciat finem pati,  
sublíme, celsum, intérminum,  
antíquius cælo et chao.

Hic ille rex est géntium  
populíque rex Iudáici,  
promíssus Ábrahæ patri  
eiúsque in ævum sémini ».

Iesu, tibi sit glória,  
qui te revélas géntibus,  
cum Patre et almo Spíritu,  
in sempitérna sácula. Amen.

**Ant. 1** Ante luciferum génitus et ante sácula, Dóminus, salvátor noster, hódie mundo appáruit.

Epiphania Domini  
Ad I Vespertas  
pag. 472

## Psalmus 134 (135)

## I

- 1 Laudáte nomen Dómini, \*  
laudáte, servi Dómini,
- 2 qui statis in domo Dómini, \*  
in átriis domus Dei nostri.
- 3 Laudáte Dóminum, quia bonus Dóminus; \*  
psállite nómini eius, quóniam suáve.
- 4 Quóniam Iacob elégit sibi Dóminus, \*  
Ísrael in pecúlium sibi.
- 5 Quia ego cognóvi quod magnus est Dóminus, \*  
et Deus noster præ ómnibus diis.
- 6 Ómnia, quæcúmque vóluit, †  
Dóminus fecit in cælo et in terra, \*  
in mari et in ómnibus abýssis.
- 7 Addúcens nubes ab extrémo terræ, †  
fúlgura in plúviam facit, \*  
prodúcit ventos de thesáuris suis.
- 8 Qui percússit primogénita Ægypti \*  
ab hómine usque ad pecus.
- 9 Misit signa et prodígia in médio tui, Ægypte, \*  
in pharaónem et in omnes servos eius.
- 10 Qui percússit gentes multas \*  
et occídit reges fortes:
- 11 Sehon regem Amorræórum  
et Og regem Basan \*  
et ómnia regna Chánaan.
- 12 Et dedit terram eórum hereditátem, \*  
hereditátem Ísrael pópulo suo.

**Ant.** Ante luciferum génitus et ante sácula, Dóminus, salvátor noster, hódie mundo appáruit.

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I© Breviario Digitale  
2014

**Ant. 2** Magnus est Dóminus et Deus noster præ omnibus diis.

## II

- 13 Dómine, nomen tuum in ætérnum; \*  
Dómine, memoriale tuum  
in generatióne et generatióne.  
14 Quia iudicábit Dóminus pópulum suum \*  
et servórum suórum miserébitur.  
15 Simulácrum géntium argéntum et aurum, \*  
ópera mánuum hóminum.  
16 Os habent et non loquéntur, \*  
óculos habent et non vidébunt.  
17 Aures habent et non áudent; \*  
neque enim est spíritus in ore ipsórum.  
18 Símiles illis erunt, qui fáciunt ea, \*  
et omnes, qui confídunt in eis.  
19 Domus Ísrael, benedícite Dómino; \*  
domus Áaron, benedícite Dómino;  
20 domus Levi, benedícite Dómino; \*  
qui timétis Dóminum, benedícite Dómino.  
21 Benedíctus Dóminus ex Sion, \*  
qui hábitat in Ierúsalem.

**Ant.** Magnus est Dóminus, et Deus noster præ omnibus diis.

**Ant. 3** Stella ista sicut flamma corúscat, et Regem regum Deum demónstrat: magi eam vidérunt, et magno Regi múnera obtulérunt.

### Canticum

### De mysterio et gloria Christi

Cf. 1 Tim 3, 16

R. Laudáte Dóminum, omnes gentes.

Qui manifestátus est in carne, \*  
iustificátus est in Spíritu.

R. Laudáte Dóminum, omnes gentes. —

Sollemnitas

Epiphania Domini

Ad I Vespertas

pag. 473

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I

© Breviario Digitale  
2014

Appáruit ángelis, \*  
prædicátus est géntibus.

R. Laudáte Dóminum, omnes gentes.

Créditus est in mundo, \*  
assúmptus est in glória.

R. Laudáte Dóminum, omnes gentes.

**Ant.** Stella ista sicut flamma corúscat, et Regem regum Deum demónstrat; magi eam vidérunt, et magno Regi múnera obtulérunt.

Epiphania Domini  
Ad I Vespertas  
pag. 474

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I© Breviario Digitale  
2014

## LECTIO BREVIS

2 Tim 1, 9-10

Deus nos salvos fecit et vocávit vocatióne sancta, non secúndum ópera nostra sed secúndum propósitum suum et grátiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante témpora sæculária; manifestáta autem nunc per illustratióнем salvatóris nostri Iesu Christi, qui destrúxit quidem mortem, illuminávit autem vitam et incorruptiόnem per evangélium.

## RESPONSORIUM BREVE

R. Benedicéntur in ipso \* Omnes tribus terræ. Benedicéntur.

V. Omnes gentes magnificábunt eum. \* Omnes tribus terræ. Glória Patri. Benedicéntur.

**Ad Magnificat, ant.** Magi, vidéntes stellam, dixérunt ad ínvicem: Hoc signum magni Regis est; eámus et inquirámus eum, et offerámus ei múnera, aurum, tus et myrrham.

## PRECES

Salvatórem nostrum, qui hódie a magis adorátus est, magno cum gáudio venerémur, deprecántes:

*Ánimas páuperum salvas fac, Dómine.*

Rex géntium, qui tamquam eárum primítias ad te adorándum magos vocásti,

— spíritum nobis adoratiónis et servítii largiáris.

Rex glóriæ, qui iúdicas pòpulum tuum in iustítia,  
— abundántiam pacis concéde homínibus.  
Rex ætérne, qui pérmánes in omnes generatiónes,  
— verbum tuum in corda sicut stillicídia mitte stil-  
lántia.  
Rex iustítiae, qui liberáre vis páuperem, cui non est  
adiútor,  
— míseris et afflíctis esto propítius.  
Dómine, cuius nomen est benedictum in sǽcula,  
— in frátribus nostris defúnctis mirabilia tuæ salútis  
adímples.

Pater noster.

### Oratio

Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum géntibus  
stella duce revelásti, concéde propítius, ut qui iam te ex  
fide cognóvimus, usque ad contemplándam spéciem  
tuæ celsitúdinis perducámur. Per Dóminum.

## Ad Invitatorium

**Ant.** Christus appáruit nobis: veníte, adorémus.

**Psalmus invitatorius, ut in Ordinario, 554.**

## HYMNUS

## Ad Officium lectionis

Magi vidéntes párvulum  
eóa promunt múnera,  
stratíque votis ófferunt  
tus, myrrham et aurum régium.

Agnósce clara insígnia  
virtútis ac regni tui,  
Puer, cui trinam Pater  
prædestinávit índolem:

Regem Deúmque annúntiant  
thesáurus et fragrans odor  
turis Sabæi, at myrrheus  
pulvis sepúlcrum prædocet.

Sollemnitas

Epiphania Domini  
Ad Invitatorium  
pag. 475

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo I

© Breviario Digitale  
2014

O sola magnarum urbiū  
maior Bethlem, cui cōtigit  
ducem salutis cælitus  
incorporatum gignere!

Hunc et prophétis téstibus  
îsdémque signatóribus  
testátor et sator iubet  
adíre regnum et cérnere:

Regnum quod ambit ómnia  
dia et marína et térra  
a solis ortu ad éxitum  
et tartara et cælum supra.

Iesu, tibi sit glória,  
qui te revélas géntibus,  
cum Patre et almo Spíritu,  
in sempitérna sǽcula. Amen.

## PSALMODIA

**Ant. 1** Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent Regi  
Dómino.

## Psalmus 71 (72)

- <sup>1</sup> Deus, iudícium tuum regi da \*  
et iustítiam tuam fílio regis;
- <sup>2</sup> iúdicet pópulum tuum in iustítia \*  
et páuperes tuos in iudício.
- <sup>3</sup> Áfferant montes pacem pópulo, \*  
et colles iustítiam.
- <sup>4</sup> Iudicábit páuperes pópuli †  
et salvos fáciet fílios ínopis \*  
et humiliábit calumniatórem.
- <sup>5</sup> Et permanébit cum sole et ante lunam \*  
in generatióne et generatiónen.
- <sup>6</sup> Descéndet sicut plúvia in gramen, \*  
et sicut imber írrigans terram.